

satis edoctis, certam speramus veniam, qui sci-  
 unt in tanta librorum cumprimis luridici argu-  
 menti, copia, vel amplissimis in Bibliothecis  
 esse lacunas, absolutamque in qualibet doctrinae  
 parte Bibliothecam promittere, esse rem vanita-  
 tis plenam, cum tale opus plurimum operas depo-  
 scat. Interim Bibliothecario muneri diuina pro-  
 uidentia Serenissimorumque Saxoniae Ernesti-  
 nae Ducum gratia admotus, pro virium mearum  
 imbecillitate eo connitar, vt non solum haec Bi-  
 bliotheca sed & HISTORICA, illustri harum  
 Auctore iam grauioribus occupato, mea in-  
 dustria singulis Editionibus, & ampliores &  
 emendatiores in TVAS Beneuole LECTOR  
 manus veniant. Vale. Scribebam Ienae in  
 Bibliothecae templo d. VI. Martii A. R. S.  
 MDCCXXV.



DISPO-